

















1696.

1. Bruecknerus, Georgius Heinricus: De injuriis tumus pro  
cipue illatis
2. Eyselius, Joannes Philippus: Dissertationes in leg. medica, continens  
viresis status naturalem et praeternaturalem.
3. Kleffel, Michael: De palmaris Urbis
4. Lilien, Melchior Ludolphus: De jure domini episcopi  
naturae acquisitione
5. Meierus, Joh. Henricus: Disputatio juridica in qua  
exhibens privilegium Bremensium de non appel-  
land.
6. Meierus, Joannes Henricus: De periculo rei alienae
- 7<sup>4. 2</sup> Rothmaler, Huldricus Sigismundus: De spacio.  
2 9 exempl.



8. Schuetz, Joannes Anthonius; De jure detractionis  
Geminæ alijus oder Nachsteuer.

9. Jork, Johannes Hermannus, a; De mulatione sen-  
tentie.

10. Streit, Joannes Philippus; De contractu ammirationis

11. Winckler, Joannes Mathias; Consilio Julica -

1694.

1. Eyselius, Joannes Philippus; Virginitatis inanis merita,  
qua sterilitatem mulierum - - - pubertate. - - - Invenitur  
invenitur

2. Jork, Joannes Hermannus, a; De injuriarum

1698

1. Mathias, Oederus Wilhelmus; De in integrum restitutione  
sua.



2. Matthiae, Dietericus Wilhelmus: De iudice

3<sup>a</sup> Brückner, Georgius Henricus;  
3. Matthiae, Dietericus Wilhelmus: De incompatibilitate

3<sup>b</sup> iurium digestarum et beneficiorum.  
Matthiae, Dietericus Wilhelmus: De pignoris et hypothecis

4<sup>a</sup> Matthiae, Dietericus, Wilhelmus: De iuris prudentia

4<sup>b</sup> Romana in proximali reformata  
Nappius, Johann Tobias: De clementia iudicis inferiori in cri-  
minibus circa poenas permissa, dubia seu incerta et sparia.

1. Lilius, Melchior Ludolphus: De substitutionibus Ven-  
ditiis - Einsetz oder Nach-Verkaufungen

2. Luescherus, Christianus Wilhelmus: Sententiae inappella-  
biles ... publico examini subiectae

3. Meier, Johann Henricus: De repressationum jure.  
Von Fehde und Beissel - Recht

4. Mieth, Petrus: De eo, quod iudicium est circa  
curiosos. Von Rechte derer Fabrikanten



5. Pertel, Johann Joachim : Futura juris de Con-  
verata

6. Joemmering, Gustav Hieronymus : De immunitate  
metatorum reeli

7. Streit, Johann Philippus : De usuris.

8. Streit, Johann Philippus : De perstata nobilitate  
et advocati



1696, 2  
8.  
DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,

Exhibens

VISIONIS STATUM  
NATURALEM ET PRÆTER-  
NATURALEM,

Quam

DIVINA FAVENTE CLEMENTIA,  
ANNUENTE

GRATIOSISSIMA FACULTATE MEDICA,

IN PERVETUSTA HIERANA,  
MODERANTE

VIRO Nobilissimo, Excellentissimo atque  
Experientissimo,

DOMINO

JOANNE PHILIPPO EYSELIO,

Med. Doct. Anat. Chirurg. & Botan. Prof. Publ.

Facult. suæ Assess. Ordin. Celeberr. P. L. C.

DOMINO PATRONO ac PROMOTORE SUO  
ætatem colendo,

Summos in ARTE MEDICA HONORES

DOCTORALIA QVE PRIVILEGIA

legitimè consequendi,

Publico Eruditorum Examine sistit

THEODORUS MARTIUS,

Sålingståd-Misnicus,

Ad diem 11. (21.) Martij, 1696.

IN AULA COLLEGII MAJORIS.

---

ERFORDIÆ,

Stannò GROSCHIANO, Acad. Typogr.



DISSERTATIO IN ANATOMIA ET MEDICINA

V. S. M. T. A. T. A. M.  
M. A. T. T. R. A. M. E. N. T. I. A.  
D. I. S. S. E. R. T. A. T. I. O.

AVTHORIS NOME  
G. V. S. M. T. A. M.

AVTHORIS NOME

AVTHORIS NOME

AVTHORIS NOME

AVTHORIS NOME

AVTHORIS NOME

AVTHORIS NOME

AVTHORIS NOME

AVTHORIS NOME

AVTHORIS NOME







Q. D. B. V.

**Q**uod Sol & Luna in Macrocosmo, id quoque  
 bini oculi tanquam lumina Microcosmi ef-  
 ficiunt, quemadmodum enim absque Sole  
 & Luna, totus Macrocosmus tenebris obducitur,  
 ita non minus oculis binis laesis obscuratio & tene-  
 bricatio seu Ecclipsis Microcosmi subsequi solet, ut  
 Germani hoc malum agnoscentes, merito exclama-  
 rint: Ein blinder Mann ein armer Mann. Opera  
 itaque pretium erit statum naturalem prius exami-  
 nare, quam progrediamur ad praternaturalem  
 oculorum statum, ut ex priori posterior eò clarius  
 elucescat. Ut vero DEUS Ter Opt. Max. suo auxi-  
 lio nobis benignè adesse velit, nosque juvet in sui No-  
 minis Gloriam, egrotorumque salutem, ardentibus  
 precibus imploramus. Benevolum autem Lectorem  
 rogamus, si quid minus exactè ob temporis brevita-  
 tem & properantem calamum, ingenijque mei tenu-  
 itatem



*statem ad palatum conscripta sint, in meliorem partem interpretari ne gravetur.*

## §. 1.

**C**ertum est optimèqve ex Pathologia notum, quod constitutiones *praternaturam*, & per consequens morbi sint vel *intemperiei* vel *organici*; Maximoperè igitur, ne andabatarum more in genus humanum grassemur, interest, ut prius, quam *statum praternaturalem* consideremus, certiores simus de *naturali*, de quo nunc primum tractatio instituenda.

§. 2. Visio itaqve definitur, quod *sit sensatio extrinseca*, quâ motus certi & determinati ab objectis, visibilibus oculis impressi & ad cerebrum delati à mente percipiuntur & judicantur.

§. 3. Quod *sensatio extrinseca* sit à nemine forsitan in dubium vocatur, siquidem cuilibet patet, quòd ad hanc *organam* requirantur *externa*, oculi nempe nervis & humoribus præditi, in quibus motus spirituum inchoatur & species sensibiles sistuntur. Objectum ejus quoque nihil minus, quam incorporeum & quidem ita ut corpora, quæ omnem lucem & lumen transmittunt vel fugiunt, nullosque radios reflectunt, non facile incurrant in visum.

§. 4. Ad hujus sensationis & perceptionis judicationem verò non requiritur, ut ipsa objecta corporea, & quidem crassa oculo adaptentur, sed opus debitâ distantia inter illa & hunc, quæ nec nimis propinqua nec  
nimis



nimis remota sit, utraqve enim impedit ne species ferantur ad oculum, opus igitur erit, ut sit directa & diametralis oppositio inter objectum visibile & oculum, ne aliud corpus & quidem crassum radios luminis & lucis reflexos intercipiat, & illicò species visibiles, ideæ & simulacra è diametro in oculi punctum ferri queant; Medium sit diaphanum, pellucidum, quod ratione subtilitatis ideis seu speciebus illuminatis & coloratis, quale est *aër, vitrum, aqua*, certi lapides, & similia, transitum permittit. Ex quibus patet nihil visu percipi posse, quod incorporeum, non lucidum coloratumque & colorem ipsum, huncce enim nihil aliud quam lumen modificatum esse, patet ex Physicis.

§. 5. In his autem omnibus nondum solummodò consistit *Visio*, sed maximè necessarium est, ut organon, nempe oculus, sit rectè constitutus, cujus autem structura tam concinna admirandaque, ut à nullo, qui non fundamentis Anatomicis satis solidèque instructus, intelligi ac perscrutando explicari possit. Si quidem ad perfectum visum nõ requiritur unus tantummodo oculus, sed duo, quo uno læso vel nictante altero nihilominus videre queamus.

§. 6. Situs horum quod attinet constituti sunt ad latera nasi & temporum, quilibet in suâ orbitâ, quarum quævis duos canthos sive hircos, internum majorem ad nasum & externum ad tempora, in suo circuitu continet. Hi formantur à processu ossis frontis, quod elatior supercilia ostendit. oculumque eminet, & processibus ossum superiores maxillam constituentium, qui demissio-

A 3

res,



res, oculosque in cavitatibus suis cum palpebris ambabus, superiori nempe & inferiori annexis hisque in fixis ciliis & pilis defendunt, oculi è contra, qui in edito loco resident, ut distantia eo melius videre possint, adsunt tanquam excubitores & vigiles, qui pro salute totius corporis excubias agunt.

§. 7. Succedunt quoque aliae partes, quae sicuti priores visui proprie non debentur, motionem verò oculorum facilitant, hos irrigant & abstergunt, quarum potiores quoque sunt *palpebrae*, quae suis crebris motionibus omnes impuritates tollunt, ex glandulisque suis permultis lympham assidue blandam stillant, quae oculos irrigant & ab omnibus impuritatibus purgant.

§. 8. Praeterea quoque cuilibet angulo seu cantho apposita est quaedam glandula, quae ad humectationem bulborum in utroque latere constituta est, quarum *lacrymalis* oblonga dicta, notabili ductu instructa, per quem stylo subtiliori ad nasum penetrare possumus; Innominata autem ductus suos exierit ad cerebrum, quod, referente *Wartonio*, purgat, oculos autem humectat superfluamque cavitationem implet, ne quoddam amplius inane spatium relinqueretur, oculusque eò firmitus sua in sede servetur, per quas sicuti in angulis majoribus sitis, canaliculi lympham acriorem ad nares penetrant, quorum extremitates circa oculum seu protuberantiam *puncta* dicuntur *lacrymalia*, quae Veteres judicaverunt desinere in limbis palpebrarum, *Stenonius* autem ad nares sese extendere, experientia edoctus, comprobat.

§. 9. His



§. 9. His quoque aliæ partes, quæ partim ad motum partim quoque ad irrigationem oculorum spectant, sunt annexæ, quas tamen angustia temporis pressi studio omitterimus, & percursoriè quasi tantum oculi orbitam, quoad suas tunicas sive membranas, humores & musculos examinare intendimus; doctrinæ tamen gratia, musculos, etsi dignitate tunicis & humoribus posteriores, præponemus.

§. 10. Cuilibet autem, qui modo paululum fundamenta Anatomica delibavit innotescit, quod horum sint sex, quorum omnium tendines in tunica *cornea* conjunguntur, ibidemque *tunicam tendinosam* (quæ tamen non propria tunica, sed solum concursus tendinum ex diversis musculis invicem sibi incumbentibus & concretis composita) constituunt. Quilibet autem horum musculorum suo speciali fungitur officio, etsi quoad functiones in hoc omnes concurrant, quod oculi motui sint dicati, & uti dictum, unam quasi tunicam constituent, quatuor nempe oculi motibus rectis præsent, & cum cæteris circularibus unum principium habeant; Nihilo secius tamen quisque certum motum ratione sui situs & fibrarum structuræ oculis imprimit.

§. 11. Primus itaque vocatur *Superbus* & *Attollens*, à nonnullis *Pharisaicus*, qui exoritur à membrana *nervi optici* haud procul à foramine, per quod hic nervus oculi orbitam intrat, versus suum principium gracilis & membranofus, ventre carnosior, fastiorque, caudâ verò & tendine in fine tenuissimus, ubi se cum alijs complicat &

ad



*ad tunicam Corneam sub Adnata se sistit, oculum attollit & visum juvat versus superiora.*

§. 12. Oppositus est huic alius in parte oculi inferiore, qui ex eodem principio, nempe calvariae cavitate cum nervo optico, derivatur, eundemque finem sub Adnatâ acquirat. Hic è diametro contrarius priori: Nam ille attollit oculum, hic verò deprimat & ita efficit, ut eo melius infra nos posita cernere queamus, diciturque propterea non immeritò *musculus deprimens seu humilis.*

§. 13. Ad angulum oculi majorem alius succedit, qui illius bulbum ad nasum deducere potest, eodem gaudet principio & fine ac reliqui duo antedicti, nihilque præ his peculiare habet, quam quod prior eorum attollit, posterior deprimat, hic verò nasum versus oculum volvit & movet, vocaturque *Adducens & Bibitorius.*

§. 14. Tandem subsequitur quartus, qui vocatur *Abducens sive Indignatorius*, quia oculum extrorsum à majori angulo versus latus angulumque minorem abducit, idque præstat, quò non solum antecedentia præsentiaque, sed quoque à latere advenientia videre possimus, & sic per totam substantiam est oppositus,

§. 15. Duo adhuc muscoli adsunt qui vocantur *Amatorij & Circumactores* supremus & infernus, circularibus dicati, quorum prior gracilis, teres & brevis inter tendines; *Humilis abducensque* musculus refertur obliquè per angulum oculi minorem, versus superiorem bulbi partem descendit, & *tunicæ corneæ prope iridis* regionem se  
infi-



insinuat, motumque oculi obliquè extrorsum promovet;  
& vocatur *obliquè abducens*.

§. 16. Ultimò succedit oblique *adducens seu Trochlearis*, qui omnium tenuissimus & juxta abducentem ortus, lineâ rectâ ad canthi interioris sive majoris partem, hinc per trochleam ipsi destinatam transit, obliquè tandem inter musculum abducentem & obliquum inseritur, oculumque tendine suo longissimo introrsum volvit.

§. 17. In brutis inveniuntur adhuc duo muscoli, quibus verò homines carent, quorum prior brevis & maximè divisibilis, adeò ut in tres quatuorvè partes dividi possit, qui brevis oculosquè sustinet, ut eò melius deorsum spectare possint, posterior solum ad nictitationem confert; Sed quia nostri non est propositi bruta considerare, hocque nihil ad nostrum scopum facit, mittimus.

§. 18. Progredimur itaque nunc ad oculorum tunicas, quorum juxta omnium accuratorum Anatomicorum opinionem tantum tres propriæ sunt, quòd autem plus numerentur, distinctio non est inter tunicas ipsas, sed solum inter situm seu regionem tunicarum, quâ ratione etiam *Sclerotica* à *Cornea* non differt substantiâ, sed solum loco & regione ita & aliæ pariter. Has verò proprias tunicas adhuc alia quædam extima, ossique præter peri ostium proxima tunica & quidem communis ambit, quam Hippocrates album oculi vocat, nos autem *Adnatam seu Albugineam* appellamus. Hæc universam Scleroticam, exceptâ solum corneâ parte, cingit; Originem

B

trahit



trahit à pericranio, etsi alij à perioftio derivare velint, definit autem ad circulum *Iridis*, tendinesque omnes musculorum recipit, oculumque in situ suo servat, ab attritu ossium defendit, venulasque & arterias pro nutritione oculorum in se continet.

§. 19. Hac immediate vestita est crassa, tensa & æqualis humorem aqueum immediatè undiquaque cingens, *sclerotica* dicta, de qua originem à duræ meningis sobole nervum opticum investiente, membrana expansa trahere, juxta *Bartholini* mentem autem ab extremitatibus tendinum à musculis oculi propagatorum oriri, fertur; A posteriori parte est obscura & opaca, ab anteriori autem, ubi vocatur *cornea*, est maximè polita & perspicua, instar cornu optimè politi pellucida, de quo procul dubio etiam nomen sumpsit. Etiam si verò hæc in plures partes dividi possit, laminasque juxta *Bartholini* opinionem quatuor, quibus *ἐμδεγμῆς*, sive cuticula, uti dictum, optimè polita adjacet.

§. 20. Huic Scleroticae sine alia quadam interpositione firmiter annectitur à tergo *χροιδῆς*, quæ exoritur à piâ meninge, estque præsertim quoad interiora nigricans, dubio procul, quod ideæ impressæ, sicuti in camera obscura vel potius tubo optico in obscuro magis ac magis elucescere & imagines representari queant, huncque circuitum complectitur, quem tunica cornea in se continet vid. de his *Anat Barthol. Reform.*

§. 21. In medio verò hæc tunica instructa est foraminulo rotundo sub medio corneæ consistente, quod vocatur

catur



catur pupilla, forsan quia in accurata oculi inspectione se se semper species quædam pupillæ, sicuti in minori speculo sistit, quapropter etiam à Germanis vocatur *Das Kindlein in Muge* / salvis tamen aliorum judicijs. In ambitu verò hujus gaudet innumeris fibris nerveis subnigricantibus, vel alius obscuri coloris, tanquam in camera obscurâ, speciebus lucidis opacitatem circumponentibus & pupillam undiquaq; cingentibus, quæ circulum variegatum sive Iridem sistit, quarum ope pupilla se constringere & pro ratione objecti dilatare potest. Clarum enim est satisque probatum, quòd in intensa luce illicò se constringat pupilla, adeò, ut si quibusdam in caliginibus sedentibus, lux quædam splendens obviam venit, pupilla illico se contrahat, ne quicquam perfecte videant, in tenebris verò constitutis contrarium se exhibeat & pupilla quantum potest se dilatat, radiosque dispersos prout magis vel minus se offerunt, colligat, quarum fibrarum ope vasa sanguinea & lymphatica Scleroticæ annectuntur, ac ibidem quæ humorem aqueum cum reliquis tunicis continet, confusionem ac misionem inhibet.

§. 22. Sub hâc adhuc alia, & quidem tenuissima tunica à figura *Retina* dicta deprehenditur. Hæc enim è fibris tenuissimis medullaribus à nervo optico derivatis & ita inter se textis, ut retis quasi figuram exhibeant, vitreumque humorem ejusque propriam tunicam reticuli instar immediatè ambient, circaquè pupillam designant, & posteriorem locum occupent. Hæc instar linthei sive chartæ albæ est expansa in qua species & ideæ vi-



sibiles lucidæ recipiuntur , indeque motus spirituum per nervum opticum , juxta veterum opinionem , cum figuris impressis ad cerebrum devehuntur , ibidemque tanquam in speculo exhibentur; Juxta nostram autem sententiam tantum ideæ seu characteres per pupillam hanc in tunicam allidunt, ibique certam & distinctam modificationem in sensoriis efficiunt , qua de re alibi plura. Contradicit quidem albo colori pauculum *Bartolinus* statuens , quod *retina* sit obscura & opaca, mixta obscuro rubore , magis quam alba. *Cartesius* autem planè nigrum statuit, quod tamen cujuscunque judicio relinquo.

§. 23. Figuram hujus tunicæ quod attinet, statuit benè citatus *Bartolinus* , quod figuram semi-circularem, mitræ instar exhibeat, qua de re *vid. Aut. cit.* Hæc tunica si ulterius progreditur nomen suum amittit & vocatur *Aranea* vel *Crystalloides* , quæ humorem *Crystallinum* proximè ambit, & à facie & tergo investit, colore albo prædita tenuissima & pellucida. *Conf. Marc Marc. à Kronland Phil. Vet. Restitut.*

§. 24. Huic tandem succedit *tunica vitrea* , quæ humorem vitreum circumcirca involvit, & à confusione cum *crystallino* & mixtionem cum *aqueo* totamque oculi structuram à turbatione defendit? Insignem tamen tenuitatem exhibet subtilissimæque pelliculæ instar undique humorem hunc ambit & concava sive anteriore ejus parte humorem *crystallinum*, cujus cum tunica arctè suo in alveari seu sinu conjuncta , ab hoc autem separari potest; in convexa autem parte suam incolam rotundum, seu potius semicircularem reddit. §. 25.



§. 25. Hæ autem tunicæ necessariò multa vasa, licet tenuissima sint, attamen tam sangvifera quam lymphatica requirunt; His enim destitutæ citissimè siccitate rigescerent, crasis humorum fluiditate deficeret, imò humores redderentur longè turbidiores crassioresvè, quam ut radios visivos interdum subtilissimos & valdè dispersos permitterent, spiritusquè in his contenti cerebro ad judicationem sistere incapaces, haud satis commodè per vascula ejusmodi tenella moverentur, totusque oculus ariditate concideret.

§. 26. Progredimur nunc ad humores, de quibus notum, quot tunicæ sint propriæ tot quoque esse humores in his contentos. Primum autem locum occupat humor *aqueus* à sua limpидitate sic dictus, hic sicuti etiam alij humores, constat ex lymphidissimâ, purissimâ & optimè digesta sangvinis & lymphæ parte, qui totum spacium à tunicâ corneâ & pupillâ circa humorem *crystallinum* & *vitreum* versus nervum opticum fluiditate & tenuitate suâ aquosâ circumfundit, & implet sedemque tam anteriorem quam posteriorem sibi vendicat, convexitatem corneæ efficit, radios visivos in transitu aliquatenus refringit, visuique summè necessarius est, sine quo etiam ne quicquam videre potest. Negant quidem varij quod humor aqueus posteriorem partem oculi occupet & malunt statuere, quod vitreo hic locus competat, missis tamen his, oculariter enim satis demonstrari potest, quod facta scissura in posticâ parte oculi aqueus



humor effluat, nihilo secius tamen vitreus suâ in tunicâ adhuc salvus contineatur. *Barbolino* quidem placet statuere, humorem hunc non partem esse corporis ut reliqui animarâ, sed sibi excrementitium humorem videri, quod tamen excedit nostrû captum, siquidē haud videmus, quâ ratione hæc dignitas humori denegari possit attamen huic Excellentissimo viro obstrepere minimè, honestum censeretur, interim tamen cujuscunq; iudicio relinquimus, an hic non toti corpori cohæreat, communifruatur vitâ, quod patet ex ante dictis & maximum usum visui præstet. Malumus itaque cum alijs, qui majorem huic dignitatem tribuunt, rem habere.

§. 27. In anteriori aquei humoris parte locatus est Glacialis sive Crystallinus humor, durior, vergens ad consistentiam gelatinæ seu gummi concreti, nihilo secius tamen purissimus & pellucidissimus, qui ex purissimâ & lymphidissimâ sanguinis & lymphæ parte generatus, sed instar optimè politi Crystalli purissimæque glaciei concretus, in tunicæ retinæ parte aranea contentus, & radios visivos per pupillam immisos, undiquaque per humorem aqueum dispersè adventantes colligit. Præ alijs quidem humoribus huic major durities concessa est, ut gelatinæ crassæ in consistentiâ parum cedat, nihilo secius omnes figuras recipit, & inter suam tunicam propriam colligit, aliquatenus refringit, ulteriusque demittit, Figuram habet lenticularem versus pupillam depressam, humori vitreo insidens verò convexam, propter sinum quem implet, unde eo tanquam in vitreo lenticulari species recepti de novo formantur. §. 28.



§. 28. In posteriori autem oculi inferioris parte se ostendit humor *vitreus* à vitriformi facie quam præsentat, qui humor tenuitate & mollitie superat Crystallinum, aqveo verò cedit quoad quantitatem, quintupla enim major concessa humori Crystallino, sed dupla aqveo, oculi reliquam cavitatem replet; Unde figuram à tergo acquisivit sphericam, à facie verò depressam & concavam, quâ humorem crystallinum recipit & hac ratione non solum fulcit, sed etiam radios ibidem modificatos ad posteriorem & expansam tunicam retinam dictam amandat, ubi de novo colliguntur, recipiuntur & percipiuntur, ulteriusque per nervum opticum, à quo hæc tunica nervosa dicitur, motus spirituum propagatur, usque dum ab animâ sentiente figuræ cognoscantur. Qui de his intimiorem cognitionem desiderat legat *Bartholinum. Blancardum, Henricum ab Heer, Aquapend. Cartes. &c.* Plura quidem quoad partes consideranda essent, sed brevitatem promissam servamus & solum modum adhuc, quomodo visio fiat, breviter delineabimus.

§. 29. Præsupponimus autem adhuc, quod non solum hi humores sed etiam illorum tunicæ spiritibus turgent, & hi tanquam apparitores semper objecta visibilia cum his recipere & ulterius ad judicationem deducere adstant. Plura vid. apud *Marc. Marc. à Kronland.* Si igitur in omnibus benè constitutis oculis res ita se habet, actionem visus sequenti modò concipio: Primò species visibiles transeunt per tunicam corneam & pupillam, deindè aliquatenus in humore aqveo refringuntur, & ulterius



terius ad humorem CrySTALLINUM transmittuntur, vitreoque communicantur, & tandem per hunc ad tunicam retinam, quæ pupillæ è diametro opposita & spiritibus animalibus visivis seu lucidis turgida, propter circumstantes tunicas nigras oculum constituentes, allidit & ibi species de novo depinguntur, representantur, & colliguntur: Res quodammodo patet ex Opticorum Camera obscurâ Conferatur. *Willis. de Anima Brut. Hummel. Oper. & Cartes. Cap. 5. Dioptric.* Quia autem quodvis objectum specialem figuram habeat, necesse, specialem quoque motum spirituum efficit, qui per nervum opticum usque ad sensorium commune deducitur, ubi cognoscuntur & discernuntur, tandemque amplius devolvuntur ad animam rationalem, judicantur & accuratius perpenduntur.

§. 30. Ex quibus patet, quod visus non minus pro causa immediata habeat contactum corporeum, quam reliqui sensus externi, hoc solum præcipuum huic est, quod non à corporibus ipsis visibilibus attingatur, sed horum lumen refractum & modificatum, simulacra, ac ideæ ac characteres corporum solum oculis communicantur, quapropter etiam illa corpora, quæ lucem transmittunt, nullosque radios lucidos & coloratos refringunt & remittunt sunt invisibilia; Præterea quoque ab auditu & odoratu hoc speciale habet, quod in privatione medij pellucidi quoque nihil sentiatnr, e contrario sonus & odor per densissima corpora penetrare est aptus, præcipuè autem auditus semper de nocte melius in distan-



stantissimis locis inceptas notiones aëris & sonos quam  
de die discernit.

§. 31. Hoc quoque notatu dignum occurrit, quod etiam si duobus oculis per Dei gratiam sumus instructi, ambobus tamen unica species nobis sistitur; cujus procul dubio prægnantissima ratio erit, quod, licet duplex motio spirituum in oculos nervis opticis inchoetur, tamen unica saltem post illorum plexum & conjunctionem, qui haud procul ab eorum ingressu intra calvariam in unicum truncum congregiuntur, supra sellam ossis sphenoidis, non ut quidam volunt per simplicem contactum, sed totalem substantiæ fusionem, continetur usque ad cerebrum, quod quoque unicum propagetur, & per consequens species saltem simplices non duplices videantur. Conferatur de his Bartholinus Aquapendens aliique accuratiores anatomici. Sed his misis nunc nos convertimus ad Visus statum præternaturalem, seu illius morbos, Symptomata & causas.

§. 32. Sciendum itaque, quot in oculis partes, tot quoque esse morbos & læsiones, quapropter etiam nobis haud conceditur, his pagellis omnes tales effectus prolixa serie, ad quos tota Volumina requirerentur, includere, sed quosdam affectus paucis tantum attingere proposuimus, quosdam verò & quidem communes & gravissimos, pro causæ qualitate paulò accuratius investigabimus & pertractabimus; Qua propter si nulla proportio in his attendatur, angustia pagellarum, brevitati temporis aliisque prægnantibus causis est tribuendum.

C

§. 33.



§. 33. Mentionem antea fecimus morborum, quod alii sint Organici, alii verò intemperiei, id quoque in oculis accidit, & inveniuntur in his morbi conformationis, compositionis & unitatis læsæ haud pauci, & intemperiei ingens vorago. Utraque species concernit humores, vel tunicas, vel nervos, musculos, vel palpebras. Humores læduntur in specie in *Suffusione* seu *Cataracta*, & peculiaribus humorum, quos postea recensebimus & tractabimus, morbis. In tunicis verò contingit crassities, & inde excitatur *unguis*, *albugo*, *ophthalmia*, *Sugillatio*, *Pblyctena*, *pupilla dilatatio* & *obstructio*. In nervis compressionè obstructions, contorsiones & vulnerationes, quæ quidem magis ad causas morbificas spectant, eorum tamen constitutio læsa ad morbos refertur. In palpebris dantur quoque diversa vitia, quæ tamen præsentis instituti non sunt, nisi sensibiliter & immediatè oculos lædant.

§. 34. Juxta hanc seriem nostra quoque instituenda tractatio, quæ propter à *Suffusione* seu vulgò *Cataracta*, initium faciamus. Definitur itaque *Cataracta*, quod sit *morbis Organicus*, & in initio *pupillam obscurans*, in statu autem *cuticula tenui in totum occludens* & *ingressum lucis impediens*, ab *impuritate*, *crassitie*, & *viscositate humoris aquei*, vel etiam *crassitie tunicarum*, vel aliâ quâpiam *causa pupillam obstruente immediatè dependens*.

§. 35. Sedes morbi hujus proxima est humor aqueus seu albugineus, proximè tunice corneæ & pupillæ seu uveæ adjacens, ubi in perfectâ cataractâ in pelliculam tenuem

nucem



nuem concrefcit, inprimis circa pupillam. Remota autem potest effe fanguinis lymphæ, viscera primæ digestionis aliaque *vid. Rollfinc. Differt. Anat.* A varijs verò varie distinguitur, & quidem, *vid. Valescus de Taranta* & *Valesius in fuâ Epitome de Suffufione*, ubi varias species enumerat, nempe *claram & subtilem*, quæ non omninò prohibet vifum; *crassam & spiffam*, quæ vifum in totum adimit; item *perviam & arei coloris*; *albam inftar unionis*, vel ad virorem tendentem, tandem *variegatam*, ad quam refert *citrinam, nigram seu fufcam, & cineream*, quo etiam pertinet *cærulea*. Incipientem vocat imaginationem, augmentum hujus nebulam, statum verò ejus seu perfectionem, suffufionem ubi nihil vel parum videtur de quo *vid. c. l.*

§. 36. Quædam eft idiopathica, quædam sympathetica; Alia continua, alia intermittens; alia inter uveam, inter hanc & humorem aqueum & cryftallinum; alia ante uveam inter hanc & corneam; quædam carneæ & uveæ concreta eft. *vid. Senn. & Timæus Caf. Med. p. 60.* Alia eft universalis, alia particularis, quæ tantum partem aliquam occupat, quædam continua, quædam divulfa & difperfa.

§. 37. Differentiæ autem hæ omnes dependent à causâ immediatâ, pupillam obftruente, quæ eft lymphæ depravata crassa, viscosa, modo alba vel alius adducti coloris *vid. Sen. Pr. l. 1. cap. 3. pag. 853. feqq. River. in Prax. Med. Lib. 2. c. 4. Rollfinc. in Med. Cur & Cogn. Morb. Special.* Mediata verò erunt fanguis inviscatus, humores



austeri acidi, pituita viscida. Pertinent huc quoque injuriæ extrinsecæ, frigus externum coagulans, calor intensus humores exsiccans, nimius ploratus & mœror de quo vid. Horst. in Cap. 4. it. c. 2. observ. 15. & Conf. Hildan. Epist. ad Horst. it. c. 2. Observ. Smetius in Miscell. 546. *Guldenlee in Cas. Med. l. 1. c. 228.*

§. 38. Signa incipientis sunt apparitiones culicum, pusillorum, pilorum, aut lanæ, muscarum & atomorum ante oculos, quos tamen ægri primò non attendunt, sed potiùs pro specie vertiginis æstimant, à quâ parum differunt. Pupillæ oculorum fiunt aliquatenus obscuriores, colore dissimiles, marini. vitro & nebulæ similes, ubi adhuc in specie vocatur *Gutta*. Quando verò albescit pupilla, vel alio colore præternaturali opaco inficitur, & æger visu parum vel nihil amplius valet, vocatur *Cataracta*, das *Augen-Fell* oder der *Staar*.

§. 39. Causa verò cognoscitur, quando consideramus antecedentia, concomitantia, consequentia, juvantia & nocentia plura vid. apud Galen. cap. 1. libr. 4. *locor. affectorum Vales l. c.*

§. 40. Prognosis desumi potest à tempore durationis: Nam incipiens facilè interdum medicamentis cedit, inveterata autem nunquam. *Ab ætate*, in juvenibus haud tam pertinax, quam in senibus. A coloribus aliisque circumstantiis; Alba enim longè citius, quam cærulea, nigra, viridis, quæ duæ ultimæ verò species minimè punctione curantur, tertia autem difficilè. Ubi oculus, altero clauso lumineque proximè ad  
moto,



moto, ab objectisque radiis solaribus vel luce forti, & pupilla se non dilatat, ægerque de his nihil percipit, omniscura est irrita *Conf. Nider, in Prax. Galen. l. 2. de Symp. Vales. l. c.*

§. 41. His omnibus probè perpensis curam aggredi, aut ægrum prognosi relinquere possumus. Incipienti morbo pauca interdum remedia, si modo horū legitima habeatur ratio, satisfaciunt, inprimis aut hoc præstamus medicamētis, quæ humores ad oculos labentes, revellunt, concretos resolvunt, cacochymiam viscidam & crassam, incidunt, alterant & evacuant; Inveteratam autem Chirurgicæ manui tradimus, ita tamen, ut semper respectus habeatur ad generalia, evacuantia, alterantia avertentia & confortantia, causæque semper habeatur ratio, sive proxima, sit sive remota.

§. 42. Si itaque æger plethoricus, faciei floridæ, temperamenti calidi, simulque inflammationibus obnoxius V. S. Vel ejus vicaria *Scarrificatio* maximoperè conducit; ubi autem hæc deficiunt, & nihilominus serum excessivè ad oculos delabitur, *Vesicatoria* & *setacea* (quæ tamen præ Vesicatoris admodum crudelia nobis apparent) præsentissimum sunt remedium; Fonticuli autem tam præservationis quam curationis gratia adhibentur; Hi enim humores scorbuticos & acres acidosque efficacissimè revellunt, derivant, intercipiunt & evacuant, ulterioremque horum affluxum ab oculis avertunt, quæ pro necessitate affectus. *præmissis universalibus*, ubi malum nihilo secius accrescit reiterari & uni-



cum adhuc, si nihil præterea iuvat, solatium adferre possunt. Si autem morbus adhuc, quod sæpè accidit, in primis viis vel circa illas residet & materia crudescit neque Venæ Sio, neque fonticuli, Vesicatoria, Setacea quicquam efficiunt.

§. 43. Medicamenta verò communiter ex regno requiruntur triplici, nempe vegetabili, minerali & animali. Inter hæc autem primum locum sibi vendicant lenientia & purgantia, præcipuè Phlegmagoga, quæ tam in preservationis quam curationis actu, tam in principio quam augmento & statu adhibeantur, quo pertinent *Pilul. de Agaric. Hier. picr. c. Agar. Pilul. Diacolocynth. Trall. it. quæ ex Extr. Panchym. Croll. MP. de Tribus, de Gum. &c. & simil.* componuntur haud raro à scrup. j. ad ij. sumendæ. It. Extr. Cnicopharm. & loco stimuli misceri possunt cum alijs *Trochisc. Alband. it. Extr. Mechoac. Esul.* à gr. ij. ad v. e. g. Sirupis pulveribus & Potionibus pro diversitate circumstantiarum.

§. 44. Hoc malum etiam interdum dependet à bile, ictero &c. tunc curatio ita dirigenda, ut biliosi humores evacuentur. Quæ in finem sequentia medicamenta, nempe *Pilul. vel Aloephang. Cholagog. Q. Francofurtens. & sim.* in quavis formâ suppeditari possunt, quibus tamen semper *dirigentia Optbalmica, Confortantia, Alterantia* sunt adjungenda, & pro necessitate *Cephalica, sudarifera, Diuretica & intemperiem frigidam tollentia*, adhibenda, quò omnibus modis affluxus humorum revellatur, & stagnantes humores resolvantur & discutiantur.

§. 43.



§. 45. Si itaque intentio adsit purgandi dierum aliquot spatio, antequam purgatio instituatür præmitti potest medicamentum humores præparans e.g.

℞. Elix. propriet. s. acid. unc. β. Tinctura ℥ri dr. ij. M. S. Eröffnendes Elixir, bis vel ter de die à gt. 40. ad 60.

℞. ⓪ vol. oleosi Sybv. dr. iij. Elix. propriet. alcal. dr. ij. Extr. Rhab. scrup. iβ. M. D. S. Eröffnende Tinctur. dos is est eadem.

Si quis desideret in forma potionis sequens erit accommodatissima

℞. ▽ Euphrag. Fœnic. āā, unc. j. Cinamom. borrag. dr. ij ℥ri  
⓪lat. scrup j. Extr. Rhab. scrup β. Sirup. Ros. sol. dr. ij.  
M. S. Erweichend Teändl. auf einmahl wohl umgerütet rüttelt zu nehmen.

Hisce præmissis statim properandum ad Purgans sequens

℞. Pulv. Gialapopt. Mechoac. alb. āā. scrup β. Magister. Gialap. gr. iv. ℥ri ⓪lat. gr. viij. ol. Am. gt. ij. M. F. P. S. Purgier Pulver auf einmahl in einem Löffel voll ▽ Cinamom. Borraginat. einzunehmen.

Si cuidam placet forma Pilularum tunc adhibeantur sequentes

℞. Extr. Panchym. Cr. gr. x. Resin. Gialap. g. v. Troch. Alband. gr. iij. ol. succin. q. s. M. f. Pilul. Mediocres. S. Purgier Pillen auf einmahl.

§. 46. Hanc ad classem pertinent Vomitoria, quæ quocumque ubi malum à ventriculo infallibiliter oritur, adhiberi possunt; ubi autem hæc signa deficiunt maximoperè erunt vitanda, horum siquidem vi caput & oculi valdè læduntur.

Plura evacuantia hic substituere non intendimus, ne pagellas formulis impleamus, & aliis morbis jus suum planè denegetur.

§. 47.



§. 47. Pervenimus itaque ad confortantia & reliqua nostro scopo satisfaciencia, inter quæ primùm se offert Tragœa sequens.

℞. Rad. fœnic. doronic. Helenii āā. dr. j. Fl. euprag. Anthos: āā. p. j. Sem. Anis. Fœnic. coriand. āā. dr. j. Siler. montan. dr. ij. Corall. pp. ℥ ij. Cachect. āā. dr. j. z. ℥ ij. scrup. iß. Cinamom. Macis āā. scrup. ij. c. f. q. Sachar. ad pondus omnium, M. f. l. a. Tragœa D. S. Hauptstärckender Triesenet.

Sæpius de die sumenda Dosis dr. j. ad dr. ij.

Potentius agere solet sequens:

℞. Tinct. ℥ ij. ꝑsat. dr. j. Spir. Θ \* C. succinat. tartari Spir. sassafr. āā. dr. ij. ol. Anis. gt. v. S. M. Augenstärckend Mistur. gt. 50. ad 60. pro Dosi, in vehiculo convenienti.

Si quis delectetur morsulis.

℞. Spec Diamosch. Diarrhod. Abbat. Diamb. āā. dr. j. Succin. alb. præp. dr. ij. Sem. fœnic. Coriandr. Cardamom. Cubeb. Cinamom. āā. dr. β. c. f. q. sachar. opt. in ▽ Valeriana solut. F. s. a. Morsuli.

Quibus in fine addi possunt ol. fœnic. Anis. āā. gt. v. succini gt. ij. D. in scatula S. Haupt und Augen stärckende Morsellen / davon Morgens und Abends umb Schlafsz. Zeit dr. ij. zu nehmen.

Robert. Boyl. Philosoph. Experimental. p. 145. & seqq. observavit, quod usu Millepedum quotidiano, tres à catara. Et perfecta fuerint restituti, qui minima dosi inceperunt, & sumendo in haustu Vini generosi usque ad numero 60. ascenderunt.

§. 48.



§. 48. His adjungi possunt externa discutientia, & quidem in principio mitiora, quæ non adeò validè exsiccant, qualis est  $\nabla$ . *Ophthalm. Myns. Senn. & Patroni mei usque ad urnam colendi Dn. Doct. Vateri p. t. Magnifici Rectoris & Prof. Celeberrimi Wittenbergensis sapissimè felici successu probata.*

§. 49. Ubi verò affluxus humorum urget, admisceri possunt aquis appropriatis pulveres subtiles & pro necessitate adstringentes e. g.

$\nabla$ . *Valerian. Chelidon. maj. Fœnic. ãã. unc. ß. ℥ij Diaph. Tut. præp. ãã scrup. j. sacch. ℥ni gr. xv. M. D. ad Vitr. S. Augen Wasser oft in die Augen zu lassen.*

Vel  $\nabla$ . *Valerian. Fœnic. Euphrag. Rut. ãã. unc. j. Croc. Metallor. dr. ß. Aloes puriss. Myrrh. ãã scrup. j. M. S. ut præcedens.*

Huc quoque refertur *Collyrium Bartholini*, cujus in Act. Hassniens. mentionem fecit.

$\nabla$ . *Ungt. de Tut. de Nibilo ãã. dr. j. Axung. Viperar. scrup. j. Margarit. Corall. Oc. S. Tut. præp. ãã. scrup. j. Sacchar. ℥ni gr. viij. Camphor. gr. iij. Fol. Oriwil Dna n. i. M. f. Unguentum de nocte lentis magnitudine palpebris illiniendum.*

Hujus generis etiam efficacissimum est videndum in *Epi-sachm. Welsch. p. 5 p. 35.*

§. 50. Huc quoque referri possunt animalium fella e. g. Mustelæ piscis, angvillæ, viperarum, it: fell capræ, leporis aliorumque animalium destillata, quæ egregiè humores incidunt & attenuant, abstergunt tunicas, discutuntque inter has consistentes crassos humores. Sed omnibus tamen his ferè præferenda est, Pingvedo viperarum ad  $\odot$  lem digesta.

D

§. 51.



§. 51. Quid Tabacum hoc in affectu præstet, à multis hyperbolicè quasi amatoribus est recommendatum, cui quoque, si legitimè adhibeatur, suum effectum minus denegamus, attamen, quod non in omnibus subjectis idem præstet, temperamento est tribuendum, quapropter plus frigidis quam calidioribus & siccis est concedendum.

§. 52. Errhina non minùs à multis hunc in finem continuò adhibentur, adeò, ut ferè in consuetudinem cesserint, talia semper secum ferre, quia autem ab his, præcipuè fortioribus, humores valdè turbantur, totumque caput per sternutationem quasi percutitur, meritò nobis aliquatenus sunt suspecta, & tutius censemus, certiora adhibere remedia.

§. 53 Medicus Fomentationibus multum efficere potest, si modò legitimè adhibeantur, hi enim humores crassos efficaciter resolvunt, emolliunt, fibras laxant & ad statum naturalem disponunt. *Welschius* inter alia laudat, Decoctum Gentianæ in Vino, & cum spongiâ tepidè oculo impositum, vel hujus vapor excipi potest oculis qui vid. l. c. Hujus verò loco substitui potest seq. e. g.

℞. *Herb. Valerian. Rut. Fœnic. ãã. M. j. Fl. Euphrag. Bugloss. ãã. p. ij. Sambuc. Verbasc. ãã. Mß. Sem. Anis. Fœnic. Fœnugrac. ãã. dr. iij. coq. in s. q. ▽. Valerian. l. Rosar. l. aliâ appropri.*

ad formam Cataplasm. in vase cum operculo, deinde tepide include sacco & applica oculo.

§. 54. Plura remedia Pharmaceutica peti possunt ex *Willisio*, *Sylvio*, *Etmüllero* aliisque probatissimis Autoribus, temporis autem & chartæ rationem habentes,  
quic-



quicquid Pharmacia & medicamentis sanare non possumus, ferro sanandum juxta *Hippocr. Aph. 6. 18.* Nos itaque convertimus ad Chirurgiam specialissimam, & unicum ibi auxilium quarimus, quod tamen non in omnibus Speciebus, conveniet.

§. 55. Antea in definitione feci mentionem, quod in Cataracta perfecta humor Crystallinus ita incrassetur, ut quasi in cuticulam interdum abeat, & in Prognosi quod Cataracta perfecta non amplius medicamentis cedat, sed si adhuc quaedam Spes reliqua, quod unice in punctione sit ista sita. Annuimus quoque quod quaedam species planè sint incurabiles, quas etiam mittimus, nam medicina non versatur circa incurabilia, accingimus itaque ad operationem, & remittimus curiosum Lectorem ad priora, ubi dictum, quæ species punctione sint curabiles; sed adhuc attendendum, quod nunquam punctura, nisi prius omnia remedia frustra fuerint adhibita, sit suscipienda.

§. 56. Sciendum itaque, quod Characta deposita, seu punctura sit membranulæ inter uveam pupillam natæ dilaceratio, & ad angulos detrusio, beneficio acus in hunc finem artificiosè paratæ.

§. 57. Curationem autem hanc, non nisi in satis maturatâ cataractâ Chirurgus suscipiet, si verò accidat, ut immatura attingatur, nunquam ager curabitur, de quo *vid Paræum in Chyrurg.*

§. 58. Si verò operatio instituatür fieri potest, die claro decrescente Lunâ & præcaveatur omnis tussis ac



sternutatio, prius tamen purgantia & alterantia medicamenta præmittenda, donec ab omnibus impuritatibus æger ritè sit purgatus & affluxus humorum inhibitus. Deinde collocetur in locò lucidò humiliori in sedili, & si unus oculus adhuc sanus deprehenditur, iste obligetur, ne quicquam æger videat & apparatus timeat; Quò factò à posteriore parte teneatur caput à viro cordato firmiter, ne æger se movere queat; Postea Chirurgus coram ægro situs paulò altius affectum oculum prius masticato Aniso aut fœniculo foveat, jubeat ægrum aspiciere radicem nasi. Et tunc immittatur acus antea bene polita & tepida facta, si dexter ocululus sinistra, si verò sinister dextrà manu, unico ictu per tunicam adnatam, quasi terebrando volvatur usque ad corneam, cavendo ne venulæ rubræ tunicæ lædantur; Deindè vertatur lateraliter versus pupillam, & uveam paulò ulterius, ubi videbis acum manifestè sub tunicâ corneâ. Hac visa inclinetur versus uveam ipsam & membranam huic adhærentem cuspide ejus paulatim separet, ab uveæ margine donec tota ab hac deponatur. Postea quâ fieri potest celeritate, vertatur, circa acum volvatur & si possibile, in varias partes dilaceretur, & versus oculi angulum minorem devolvatur, quantum sine periculo fieri potest, ut ibi cohærere videatur.

§. 59. Hoc labore peracto acus leniter extrahitur, ægerque, si operatio ritè cessit, benè videt. Denique vulnuscule vitellus ovi vel albumen alumine conquassato & oleo rosarum mistus, applicetur inter duas  
Syndones



Syndones & muniatur, vel sumatur Emplastrum ex Bolo Armena, albumine ovi, parum olei rosarum & Salis Gemmae. His omnibus peractis & ab omnibus inflammationibus praeservatis, Aeger & committatur quieti, vivat temperanter, utatur cibo & potu temperato plus refrigerante quam calefaciente, facilis digestionis bonique succi vid. de his Vales. l. c. Thom. Fien. Chirurg. Tr. 2. C. 4. Pareus l. c. & Scultet. p. 1. Armam. Chirurg. p. 61.

§. 60. Si verò hanc post operationem tamen adhuc morbus praesens sit, nulla amplius cura admittitur. Ubi autem cura vel per medicamenta vel per punctiorem feliciter cessit, & hic omnis metus inflammationis abest, eadem diata est instituenda, quae in Capitis intemperie frigida praescribi solet, praecipue autem vitetur Aer frigidus & nimia lux, & lucubrationes, aeger quoque cubat in tergo, semen foeniculi Coriandri Anisi, NM. & fl. macis comedat cum pane & cibus, evacuationes, Purgantia, Venae Sectionem, transpirationem & confortationem per antedicta, cum aliis sicut non intermittat, ac quicquid recidivam, quod facile accidit, caulari potest, tam internis quam externis remediis, quantum possibile, avertat.

§. 61. Convertimus itaque nos quantum fieri potest, celeritate ad peculiare humorum morbos. Quorum primus humoris *Veii absumtio*, cujus causae ex Pathologia generali cuilibet notae. Signis autem non multis eget, quia ipse affectus insensus incurrit. Cura alia non hic admittitur, quam quae bonam Diatam praestatur. Consistit autem in.

D 3

cibus



cibus humectantibus, optimi succi, facilis coctionis. Artificiofam qui desiderat vid. *Ephem. Germ. Ad. 1. p 37. & 272. & Henr. ab Heer Obj. 4. & Senn. in Prax.*

§. 62. Huic succedit *Glaucoma*, quod est humoris crystallini transmutatio in glaucum à lymphæ crassitie immediatè orta. Qui morbus dignoscitur ex colore glauco circa pupillam, & æger quasi per nebulam videt. Causam autem quod attinet, est defectus seri dulcis, vel ætas, vel alia circumstantia in culpa, & ex capite Cataractæ antea dato, præcipuè quoad discutientia, evacuantia & alterantia, minimè verò instrumentis, curari potest.

§. 63. Mutatio humoris Crystallini insitu est *Megalyopia*, ubi antrorsum recedit & remotiora melius ac præsentia videntur. Huic succurritur perspicillis convexis, quibus radij uniuntur, & pyramides abbreviantur. In *Myopiâ* autem retrorsum cedit, quapropter etiam distita minùs rectè, & quidem vix sine adminiculo perspicillorum, quæ concava sint, & radios longius ferant, videntur,

§. 64. Si verò hic humor ad latera inclinat, sive introrsum sive extrorsum, item, quando musculus abbreviatur, ut æger ad latus videre cogatur, dicitur *Strabismus*, das *Schielen*. Qui à Spasmo dependet, curatur antispasmodicis. Si à naturæ vitio oculus ita formatus, nunquam æger curabitur, à læsione extrinsecâ autem morbus dependens, potest tolli illis remediis Chirurgicis, quæ in aliis vulneribus adhiberi solent, junctis tamen semper ophthalmicis antecedentibus oculosque confortantibus, forti-



fortibus pro naturæ necessitate adstringentibus aliisque; *Conf. de his Senn. l.c.*

§. 65. Pervenimus nunc ad Ophthalmiam, quæ est tunica adnata inflammatio, cum dolore, rubore & lacrymis, à sero sanguinis & lymphæ acrimonia, per vasa tunica diffusi & stagnantis, orta.

Causa proxima patet ex definitione; Proximior autem est sanguinis intemperies calida & biliosa. Remotiores verò sunt intemperies scorbutica, aër siccus tam frigidus quam calidus, aspectus vel conversatio cum hoc morbo affectis hominibus, nonnunquam etiam viscositas & flatulenta constitutio, & tunc dicitur *Ophthalmia sicca*. Ubi autem nigrum album eminent, & ipsa tunica in consensum trahitur, dicitur *Chymosis*.

§. 66. Affectus hic ut plerique oculorum affectus, visu percipitur, & ipsa definitio hunc patefacit. Cito autem cura adhibeatur, antequam serum stagnans acrimoniam contrahat, in ulcus abeat, & ad minimum hebetudinem visus excitet. In tali affectu Humor acrimia influxum curamus per revellentia, stagnantes humores per discutientia & resolventia, intemperiem per alterantia, Symptomata concomitantia per mitigantia, oculosque corroborantia.

§. 67. Ordo autem hic in curando observetur, primò adhibeatur laxativum, vel mitius purgans antea dictum, vel pro indicatione *Cacoehymia*, huic, si nullum contra indicans adsit, *Venæ Sectio* in remotiori loco, vel *scarrificatio* subsequatur, & si acrimonia serosa adsit,



adsit, unum vel alterum Vesicatorium adhibeatur. Quod hoc in malo efficacissimum remedium audit. Ponticuli autem magis præservationis quàm curationis gratia in usum trahuntur. His autem semper adjungi debent Ophthalmica, resolventia, tam interna quam externa, & si patiens interiorum curam admittit, sudorifera & alterantia.

§. 68. Anodyna autem non nisi in summo dolore & præmissis universalibus, summâ cum cautelâ sunt adhibenda.

Ex Laxantibus verò & purgantibus simili modò profunt ea, quæ in Cataracta præscripta, præ aliis verò sequentem commendamus aquam.

℞. ∇ Euphrag. Valerian. Chelidon. maj. ā scrup β. ℥ij Diaph. ben. edule. Tut. præp. āā. gr. xv. Sacch. cand. scrup. iβ. & si phlegma urget ☉ alb. camphoræ gr. viij. Misc. D. S. Augen Wasser laulich in die Augen zu tröpfeln.

§. 69. Si inflammatio urget, adhibentur fronti & temporibus simul refrigerantia, oculo autem læso applicari potest Fodus in Cataracta præscriptus; Ubi autem nulla inflammatio deprehenditur, maximè conducunt Vitrum ℥ij, ℥ium Diaphoreticum. Crocus Metallorum, Aloe, & ubi nimius affluxus seri, Camphora ☉ lum album & quæ sunt similia ad gr. v. vj. vel scrup. β. commisceantur.

§. 70. Tabaci fumigium hoc in affectu, à quibusdam commendatur, quod serum etiam minuit & educit, præcipuè si cum cephalicis, quæ uti in Cataractâ, ita & hic quoque profunt, commisceatur. Quando verò morbus  
sym-



symptomaticus est, remedia pro causa varietate specifica convenientia applicentur! Si ab errore Diætæ, corrigatur alimentis in Cataracta recommendatis. Plura de his vid ap. *Barbett. in Prax. p. 41. & Sennert. c. l.*

§. 71. Accidit quoque nonnunquam atrophia, vel universi vel partis oculi, à causis quibuscunque serum dulce & spiritus tam in universo corpore, quam in oculo imminuentibus, vel horum affluxum ad oculum impediuntibus, quæ ex Pathologia petenda. Signa autem illi cò visu percipiuntur, præcipuè si oculi concidunt & Cornea corrugatur.

§. 72. Perquam rarus est hic affectus, nihilo secius si accidit, restituitur præcipuè Diætâ, quæ antea de humoris  $\nabla$ ei imminutione tradita, vel arte, uti refert *Etzlerus in Eph. Germ. l. c.* quod per humorem  $\nabla$ eum urogalli, vel ali<sup>o</sup> animalis accuratiori visu pollutis fieri possit, perque succum Ulmi se galli gallinaceum restituisse, & *Franc. Jos. Burrb. in Epist. ad Barb.* mirificè laudat  $\nabla$ am & succum Chelidonij, quem post incisionem oculi & expressionem omnium humorum, animalibus se instillasse refert.

§. 73. Si autem ab obstructionibus & visciditate humorum malum exoritur, medicamenta exhibeantur aperientia & resolventia, quæ ab Autoribus probatissimis petenda. Nec infrequenter observatur suggillatio seu Enchymoma, qui affectus est inflammatio tunicatum, præcipuè autem adnatæ, ab extravasatione sanguinis intra easdem immediatè dependens. Hæc communiter à percussione

E oculi



oculi vel inflatione corporis vel alia causa extrinseca exoritur; Quapropter nullis eget signis. Curatur communiter, si gravis & visum impediens, Ophthalmicis, revelentibus & discutientibus in Suffusione præscriptis, ut & Venæ Sectione.

§. 74. Gravis etiam est affectus oculorum, *Phlyctena*, quæ est pustula aqvosa tunicæ corneæ vel adnatæ adhærens, ab acrimoniâ sanguinis & seri ibidē effusi & stagnantis orta. Hic affectus non adeò rarus est, & contingit interdū, ut multæ phlyctenæ simul oculum infestent, quod malum valdè dolorificum, & sæpè cæcitatæ periculum infert, præcipuè si corneam occupat & ad suppurationem tendit.

§. 45. Cura adhiberi potest eadem, quæ in suffusione tradita, unicè excluduntur salina & quæ dolorem augent; Valdè autem commendatur fofus ex decoctis herbis & seminibus emollientibus, discutientibus, & Ophthalmicis, maximè autem, uti ferè in omnibus oculorum affectibus, pingvedo Viperarum præcipue Italicarum. *vid. Epb. Germ. Ad. 2 p. 206.*

℞. ∇. Fœnic. Chelidon. āā. unc. iß. Myrrh. oc. ℥. præp. ℥ ij Diaphoret. āā. scrup. ß. Sacch. ℥ ni scrup. ij. M. S. Augen Wasser laulich in die Augen zu tröpfeln.

§. 57. *Nebula*, *Albugo*, *Leucoma* itidem sunt graves affectus tunicæ corneæ, ubi crassescit & obscuratur, humore intra porosejus stagnante, dependens: Differentia quidem datur inter hos affectus, sed tantum gradualis est, & si diutius durat, condensatur membrana, adeò, ut totum visum tollat, curatur in principio iisdem remediis, quæ de Suffusione tradidimus. §. 76.



§. 76. *Pterygium & Pannus seu unguis oculi* hanc quoque ad classem referuntur, qui itidē solum gradu differunt, & sunt excrescentiæ membranosa & nervea albicantes, tunicæ Adnatæ adnascentes, & successu temporis totam Corneam obtegentes, à viscositate & crassitie humorū orti. Curationem quod attinet, hic affectus nō minus quam alij, medicamenta, cum Cataracta convenientia, eadem requirit, nempe remedia Chirurgica & efficaciora adhuc discutientia, revellentia & abstergentia, celerique curā indiget, nisi omnis spes salutis denegetur e. g.

℞. ∇. *Fenic. Valerian. Chelidon. maj* āā. unc. j. *Ol. alb. Osf. sep.* āā. dr. j. *Sacch. Cand. dr. β. M. S. Augen Wasser* in die Augen zu lassen.

§. 77. Hujus loco pulveres oculo inflari possunt, qui eodem modo fortiter abstergunt. *Mydriasis* est dilatatio pupillæ nimia, à fibrarum ejusdem læsione orta. In hoc affectu minus accuratè præcipuè propinqua, & vix sine compressione oculi, remota autem melius videntur; quicquid autē aspicitur, videtur minus, eō, quod lumen, ob pupillæ amplitudinem, nimium irruat, & radios perpendiculariter incidentes impediat.

§. 78. In *Myosi* autem tam morbus quam ejus symptomata contrarium exhibent & dependet à peculiari fibrarum læsione. *Æger* melius videt in obscuro, & objecta apparent majora, quomodo autem in ambobus morbis accidat, *vid. Optici.*

§. 79. Hi morbi si hæreditarij, sunt incurabiles postgeniti autem difficillimè curantur; Si nempe nimia humiditas in culpa, adhibentur medicamenta revellentia discutientia & exsiccantia calidā, ubi verò siccitas, contraria, quibus adjungantur semper ophthalmica & universalia tam Chirurgica, quam phar-



pharmaceutica & Diætetica, præprimis autem stagnans humiditas tollitur externis topicis *resolventibus*, *discutientibus* & *moderate adstringentibus*, qualia habentur in *Suffusione* & *Ophthalmia*. In *nimia siccitate* autem contraria adhibentur, quæ itidem ex prioribus petenda.

§. 80. *Gutta serena* autem sive *Cataracta nigra*, neque in humoribus neque tunicis, residet, sed est nervi optici obstructio vel compressio, apparet tamen oculus sanis simillimus, pupilla illæsa & serenâ, à re aliqua nervos obstruente vel comprimente orta. Et dicitur *der schwarze Star*. Hic morbus ex definitione patet, & si cœcitas adsit nullaque læsio videatur, concludendum, quod adsit. Cura unicè consistit in apertione nervorum, quæ medicamentis *revellentibus*, *resolventibus* removetur; si verò siccitas adest, *humectantibus* & oculos confortantibus præcipuè autem spirituosus.

§. 79. Hoc autem fieri potest illis medicamentis antea de *Cataracta* præscriptis, quæ hic repetenda & his *Parmica* & *Errhina* adjungenda. e. g.

℞. *Tabac. opt. dr. jss. pulv. Majoran. summit. Euphrag. Sem. Anis. āā. scrup. j. Agar. Trochisc. gr. vj. ol. Anis. q. s. M. f. Pulvis S. Schnup Toback in die Nase zu ziehen.*  
Vel ℞. *Succ. Majoran. fanic. āā. unc. j. succ. Beta dr. ij. M. f. Errhinum S. Wasser in die Nase zu ziehen.*


§. 80. Plura hic addere vetat Typographi preium, qui me finem facere urget; Quapropter benevolentem Lectorem rogamus, ut omnia benè consulere, & si quid prætermisum aut erratum, illud angustia temporis & properanti calamo adscribere velit. DEUS autem Ter Opt. Max. faxit, ut hæc pauca in Nominis sui Gloriam, & sanitatem proximi hujusque emolumentum vergant, cui sit Laus per omnia Secula!













Erfurt, Diss., 1696-99

ULB Halle

3

004 711 831




VD17










B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



696/2 8

GENERALIS MEDICA,  
 TATUM  
 PRÆTER-  
 EM,  
 LEMENTIA,  
 TATE MEDICA,  
 HERANA,  
 E  
*lentissimo atque*  
*mo,*  
 O EYSELIO,  
 & Botan. Prof. Publ.  
 Celeberr. P.L.C.  
 PROMOTORE SUO  
 do,  
 ICA HONORES  
 PRIVILEGIA  
*endi,*  
*amini sistit*  
 MARTIUS,  
 nicus,  
*rtij, 1696.*  
 I MAJORIS.  
 E,  
 , Acad. Typogr.

